1514.

# Sigismundus I. Rex Poloniæ;
## Cardinali Achilli.

168

Reverendissime etc.

Evocati sunt Barones regni Nostri Mathias et Sandivogius de Czarnkow ad instantiam nobilis Catherinæ eorum Novercæ per citationem unius ex Sacri Palatij Apostolici auditoribus in causa dotis, et quarundam aliarum injuriarum. Cum tandem eadem Catherina hic in partibus et in judicio suo pro consuetudine regni justitiam consequi possit, quam et nos ei ipsi ministrare volumus. Qua in re scripsimus Sanctissimo Domino, ut dignetur eam causam mandare, ut remittatur huc ad judicium suum, Vestram quoque Paternitatem rogamus plurimum, velit cooperari apud eundem Sanctissimum Dominum, ut hoc facere dignetur, alias enim gravissimum hoc est, tollerare huic nobilitati Nostræ, satis oneratæ sumptibus continuis quos facit in expeditiones fere assiduas, belli contra infideles, ut optime scit Vestra reverendissima Pater

Paternitas, cui nos commendamus, et quam valere feliciter desideramus. Datum Cracoviae Ect.~